

כאלהו

סנהדרין

Sive

SYNEDRIUM  
M. HIEROSOLY-  
MITANUM,

Quod

Ex suffragatione & adprobatione

Ampliss. Collegii Philosophici,

In incluta ad AURAM ACADEMIA

PRÆSIDE

*VIRO, Adm. Reverend. atq; Celeb.*

DN. M. ISACO פרידלנדר

L.L. orientalium Prof. Ord. & Ecclesiæ

Finnicæ Aboënsis Pastore dudum  
meritissimo

Pro solitis in Philosophia honoribus  
Adumbratum,

*Publico examini, modestè*

*Sistit |*

LAURENTIUS WJSE Biörneburg.

Ad diem 5. Decemb. Anno 1700,

*In Auditorio Majori.*

1877  
C. 1111

SYMBRUM  
M. HEROSOLY  
MITANUM

Exhibitor  
A. 1111  
Institutes of American Academies  
P. 1111

Dr. M. S. ACO  
L. 1111  
Judge of the Court of Appeals  
New York in Philadelphia

Volume examined  
L. 1111  
L. 1111  
L. 1111



I. N. J.

CAPUT I.

§. I.



Nteqvam in ex-  
actiorem substratæ ma-  
teriei descendimus con-  
siderationem, ad solen-  
nem Philosophantium  
consuetudinem, circa nominis indaga-  
tionem, quod *συντάγματι* huic nostro  
dedit occasionem, in primis breviter  
laborare, consultum duxi. Quippe Rab-  
bini & Talmudistæ, operam & oleum  
in etymologia ejus investiganda perdi-  
dere, contendentes vocem synedrii or-  
um suum trahere ab Ebræa lingua, &  
derivari ex *סד* quod est idem ac תורה  
lex, quæ data est in monte Sinai, &  
*מהדרין* repetentes, versantes, quia *מהדרין*  
repetunt, versant, explicant legem com-  
mentariis. Sunt item alii, qui *סנהדרין*

A

id

id propter dici autumant, quod quasi  
 ברין סוניו הדרת פניו odio accepta-  
 tionem vultus & personarum, in iudicio  
 habuerint. Alii iterum, eam ob causam,  
 quasi שונאי דוריות odio habuerint  
 munera. Sed à vero aberrant, ut osten-  
 dit (Buxtorf. in lex Rabb. Talmud.) Est  
 autem סנהדרין à voce Græca συνέδριον,  
 quæ significat confessum iudicum vel  
 à σύεδρος, quod componitur ex σύ  
 & ἕδρα sella: Præterea probat Elias  
 in Tisbi illam vocem esse origi-  
 nis Græcæ, cum ait: סנהדרין  
 לשון יון ממש *Sanhedrin est vocabulum  
 plane græcum.* Quod usurpatur singula-  
 riter, in genere fœminino, & per apoco-  
 pam dicitur סנהדריו, pluraliter סנהדריות  
 (ad sententiam Buxtorfii in Lex. Rabb.  
 chald. Talm.)

§. II.

Verum enim vero scriptura V.T. nullibi  
 locorum voce Synedrii usa est, sed talem  
 confessum Iudicum, per alias voces: ut-  
 pote שפתים Deut. XVI. v. 18. & κατ'  
 טחא per זקנים, cui tamen lapissime  
 alia

alia vox adiungitur, ut Psal. 107. v. 32.  
 זקנים מושב, & Proverb. XXXI. v. 23.  
 זקני ארץ Ruth. IV. v. 4. זקני העם senio-  
 res potius, exprimere solet. In N. au-  
 tem E. equivaleat vocabulo זקני gra-  
 cum τῶν πρεσβυτέρων Matth. XVI. v. 21.  
 πρεσβύτεροι sunt senatores, qui plerum-  
 que vocantur πρεσβύτεροι τῆς λαῆς, ad di-  
 scrimen eorum, qui erant πρεσβύτεροι  
 τῶν πόλεων, Judices scilicet minorum cau-  
 sarum, quales erant, non in aliis tantum  
 oppidis, sed & Hierosolymis, unde συ-  
 νέδειον ipsum, non rarò πρεσβυτέριον vo-  
 catur Luc. 22. v. 66. Actor. 22 v. 5. ut  
 & alibi γερουσία, significatu eodem. Vide  
 Poli Synops. crit. in Matth. XVI. v. 21.  
 Suis ex involucris hoc modo ipso dispu-  
 tationis, titulo eruto, ad interiora ma-  
 teriæ, pedem promovemus.

## CAPUT II.

### §. I.

**Q** Vandoquidem animus est in præ-  
 lens super V. fœderis Synedriis &  
 tribunalibus commentari, quorū quidem  
 prima cunabula atque initia ut in Vatum  
 maximo atque legislatore primo Mose,

Ebræi & Rabbinii ponunt, adferentes orbem ante illum scripta jura non vidisse; Ita non prorsus inconvenienter nos facturos existimamus, si in antecessum etiam in jurisdictiones, quibus primorum seculorum mortales adstringebantur, inquisiverimus, præsupponentes ad ductum rationis & manuductionem Rabbinorum, ipsos nec plane sine legibus & judiciis agitasse: præsertim, ea tempestate elapsa, de qua Poëta cecinit: (Metaphorph.)

*Aurea prima sata est ætas, quæ vindice nullo  
Sponte sua, sine lege fidem, rectumque colebat  
Pena metusque aberant, &c.*

Id est post infelicissimam & nunquam satis deplorandam Protoplastorum prævaricationem, mortales legibus carere nequibant, sed illis, velut habenis, ad manendum intra honestatis limites, præstandumque Deo & sibi invicem debita officia, quæ primitus sponte, lege innata, fecerunt, eos teneri erat necesse. Belluis quippe nocentiores & saviores fuissent, nisi aliquod jus accepissent. Velut super hac re acutè satis Aristoteles locutus est: *De-  
terz*

ærrima sevissimaque est injustitia, quæ  
 instructa armis est, hominem autem na-  
 tura cum armis edidit ratione atque  
 prudentia, quibus insigniter ad perni-  
 ciam valet, jura si demas. Fuit itaque  
 prima ipsis regula, ad quam actiones exi-  
 gerent suas, vitamque viverent, procul  
 dubio, jus divinum sanæ rationi inditum,  
 quod Philosophi christiani definiunt: le-  
 gem divinam humane nature insitam,  
 jubentem ea, que facienda sunt, & prohi-  
 bentem contraria. Hæc lex naturalis con-  
 tineri videtur in sex illis præceptis, quæ  
 Talmudici Adamo, & Noachi filiis in-  
 juncta, statuunt. Quorum primum est:  
 De cultu extraneo. Secundum de blas-  
 phemia in Deum, Tertium, de sanguinis  
 effusione, Quartum, de incestu & tur-  
 pitudinum revelatione, Quintum, De  
 raptu seu furto, & sextum, de judiciis  
 sive præfecturis iuridicis. Noacho insu-  
 per datum putant septimum de non com-  
 medendo membro animalis vivi: quod  
 coincidit cum præcepto, de abstinentia  
 ab esu sanguinis in anima sua Gen. IX.  
 v. 4. a vide M. Maymonidem, halacha

Melachim 9. Præcepta hæc juris communi-  
 nis & naturalis putantur, & Ebraorum  
 Doctoribus dicuntur jura Noachidea,  
 quia Noachidei iis quidem sunt omnes  
 Noachi posterii, sive totum genus huma-  
 num: seipfos tamen illa adpellatione com-  
 prehenfos nolunt, postquam vocatione spe-  
 ciali, quæ Abrahamo contigit, à reliquis  
 gentibus sunt separati D. Benz. Hist. Ec-  
 cles. Duobus prioribus in enumeratione  
 allatis præceptis, Ebræi officia hominis  
 erga Deum, reliquis verò quatuor sequen-  
 tibus, quorumlibet in quoslibet com-  
 prehendunt. Unde non inepte hanc de-  
 ducimus consequentiam: Noachidis &  
 Ebræis non pauca cœlestis doctrinæ capi-  
 ta familiaria fuisse, sed omne id, quod  
 de Deo naturaliter credi debet: eum  
 nempe existere, & esse ens simplex, sum-  
 mum, perfectissimum & independens,  
 ideoque venerandum, timendum, admi-  
 randum, adinstar Geometrarum, per de-  
 finitiones, postulata, principia, infallibi-  
 lesque consequentias, ipsis innotuisse.

## §. II.

Adhæc & alia vitæ socialis jura, etiam



successu temporum, pro re nata, & necessitatis moralis exigentia, sententias non tabulis vel monumentis consecratis, sed autoritate Principum munitas, accessisse, adque eas judicia administrata fuisse, præsupponimus. Quamquam fate-ri necessum habeamus, ob devios, salebrososq; antiquitatis recessus, in rationibus iurisdictionum, iis temporibus, existentium, investigandis, nos vel quemquam alium non felici posse pede progredi; tamen Ebræorum Majores, ante & postdiluvianos tribunalia instituisse, inque iis judicia ad præscriptum præceptorum Noachidis traditorum, sententiarumque principum, per Patriarchas, aut ipsorum substitutos, vel familiarum primo genitos aut seniores, exercuisse, probabiliter & non inepte adserere eruditi sustinent. Quippe, aucta cum primis in magnitudinem gentis, posteritate Abrahamitica, quæ procul dubio in vitia præceptis ferebatur, opus etiam fuisse illis, qui de republica consultarent, motus componerent exortos, jus dicerent, atque negotiorum arbitri existerent, nemo

facile inficias iverit. Sed nos promissi memores ad specialiore[m], Synedriorum in terra Israelitica commentationem, nos accingimus.

### C A P. III.

#### §. I.

**I**N primis autem fundamentum & natales Synedriorum Israeliticorum, ad legislatorem primum Moſen meritò referri in confefſo eſt. Ipſe enim, poſt liberationem Israelitarum ex Ægypto & inde migrationem, ſolus quidem primum populi cauſas, majores cum minoribus, lege, omnibus abſoluta numeris, promulgata, audivit, examinavit & judicavit, ut ad oculum patet; ex Deut. XVIII. Sed multitudine negotiorum obrutus, cum tanto oneri ferendo neuiquam ſolus diutius ſufficeret, ex conſilio Midianitarum principis, ſoceri ſui Jethronis, communique populi ſuffragio tandem Principes chiliadum, Centuriarum, Pentecoſtyon & Decuriarum conſtituit Exod. XVIII. & Deut. I. ut in levioribus cauſis dirimendis ipſi adeſſent. *C. B. Bertrane in de republica Judæica cap. 6, pag. 58. ſeq.*

ait: chiliarchos illos, Centuriones &c. non  
 dici ratione capitum in populo, sed fami-  
 liarum. Verba ejus hæc sunt. cum causa-  
 rum & negotiorum multitudine Moses ob-  
 rueretur, secutus Jethronis consilium,  
 quod populo etiam probavit, delegit ex po-  
 pulo quosdam chiliarchos, id est qui præ-  
 essent mille familiis, Centuriones qui cen-  
 tum, Quinquagenarios, qui quinquagin-  
 ta, Decuriones, qui decem, & de earum  
 causis minoribus & levioribus cognoscerent.  
 & pag. 70. De causis levioribus inquit, co-  
 gnoscebant primum chiliarchi, Centurio-  
 nes, Quinquagenarii & Decuriones cum  
 suis Præfectis quisque in sua chiliade, cen-  
 turia, pentecosti seu quinquagenaria &  
 decuria, deinde si quid gravius negotii  
 suberiretur, res tota ad septuaginta, eorum-  
 que Præfectos (Mosen puta & Aaronem)  
 referebatur. Huic commentationi, Doct.  
 Calovius in bibl. illustr. ad eundem Exod.  
 cit. locum, tom. 1. oper. pag. 1012. seq.  
 pollicem premit.

§. II.

Atque hoc erat primum Judicium col-  
 legium, quod Moses instituit. Jam au-  
 tem

tem de natalibus consistorii Hierosolymitani magni, quod Judæis סנהדרין הגדולה Synedrium magnum, vel בית דין הגדול domus judicii magna, audit, dicamus, quos ex Num. XI. eruere satagemus. Ibi enim jubet DEUS ut Moses in Levamen oneris sui septuaginta seniores Israelis sibi adjungeret. Hoc summum & amplissimum fuit Consistorium in populo judaico, Virorum senum præstantium sapientiâ, autoritate, virtute, doctrinâ & Spiritus Sancti donis, quò omnes maximi momenti causæ, quæ in reliquis Palæstinæ civitatibus decidi nequibant, devolvebantur, ibique definiebantur. Postquam autem id semel à Mose institutum est, (uti dictum) semper deinde sub Judicibus, Regibus & Pontificibus, usque ad Judææ extremam desolationem mansit, in illa urbe quæ Sanctuarii sedes atque reipublicæ Judaicæ arx fuit. Ut ostendunt: Car. Sigonius in de republ. Ebræor: l. 1. c. 4. Bertramus lib. de republ. Hebr. cap. 6. Seld. l. 2. de Synedriis cap. IV. §. II. pag. 76. edit. ult. P. Cunnæus de R. H. l. 1. c. 12. Quenstedius in antiqui-

antiquit. Bibli. Johannes Léusden dissertatione 46. de Synedriis Judæorum. Verum enimverò, discrimen non leve fuit, inter Principes, Centuriarum, chiliadum decuriarum &c. Et inter seniores quorum mentio fit Num. XI. Illi Mosen privatarum & leviorum causarum molestiis levabant; hi vero plebem tumultus cientem, una cum illo coërcentes, velut freno in ordinem redigebant. Selectis enim chiliadum Principibus, qui in leviorum (uti dictum] causarum decisione Mosei interveniebant, non ulterius ipsi opus erat LXX. senioribus, utpote Judiciorum arbitris, sed ut populi tumultuantis Rectoribus. Quam ob rem, Deus etiam ipsos mirabilibus Spiritus S. donis, quibus Moyses solus hactenus gaudebat, illuminavit, ut mox ad fores Tabernaculi Prophetare inciperent. Unde jam ortum Consistorii LXX. Seniorum, quod diu deinde Hierosolymis viguit, cuilibet innotuisse arbitramur, ulterius in ejus progressus, continuationem & durationem, quantum fieri potest breviter ad instituti & Methodi rationem inquiri.

Quoniam autem Numinis benignitas Mofi non concessit, ut illam Theocraticam rempublicam, cui, tanquam summi Moderationis Vicarius, præfuit, in Palestina surgentem cerneret, iccirco ipso defuncto, in locum ejus Josua subibat, qui populo deinde parili autoritate & imperio maximo, ad præscriptum ejus dominabatur. Quicquid enim domi militiæque injunxit fieri, necessitasque efflagitavit, ut ratum effectui dabatur. Qui autem illo extincto, regioneq; Chananaa divisa atque habitata, rerum summa præfuere, clavumque tenuere, dicti sunt peculiariter *שופטים* vel *שופטים* Judices, qui populum Israeliticum è servitutibus & angustiis, quibus tunc temporis lape coarctabatur, vindicarunt, eiq; ad normam legis imperitarunt. Per *שופטים* Judices denotari in propatulo est, nam est à verbo *שפט*, quod significat, judicavit. Sed de voce altera *שורים* Deut. 16. 18. cujus naturæ sit, judæorum variant Magistri, qui quidem in hoc consentiunt, fuisse Schotetim Censores, Lictores.

flores seu apparitores & mandatorum  
 forensium executores cum virga & fla-  
 gello. (c) teste D. Qvenst. in antiquit.  
 Bibl. (d) Bertramus de R. H. c. V. *viden-  
 tur inquit; fuisse rerum judicandarum pe-  
 riores reliquis senatoribus & rerum ju-  
 dicatarum executores, ita ut essent maxime  
 autoritatis apud populum.* Sed aliter (e)  
 R. Jac. Abendana; *Schophetim sunt ju-  
 dices, sed Schoterim sunt Exactores popu-  
 li, qui baculum & lorum gerunt, quibus  
 reos ad locum judicii citant & cogunt,  
 eosque tenore judicii gubernant, prout de-  
 creverint iudices.* Huic sententiæ Chri-  
 stiani Philologi calculum suum addunt.  
 Adhuc vocantur ⲓⲛⲓⲛⲓ vel iudices il-  
 li in sacris pandectis quandoque ⲛⲓⲛⲓⲛⲓ  
 salvatores *δίκων* scil. & ministeriali-  
 ter, ut Jud. III. v. 9. (f) Cunæus in de R.  
 H. lib. I. c. 12. Prætores, dictitatoresque  
 eos vocitari autumat, sed errat. Consu-  
 latus quippe, dictaturaque apud Roma-  
 nos certo circumscripta erant tempore,  
 ut (g) Lact. l. 4. de vera sapientia cap. 10.  
*& quidem primo ait: non dominio Regum  
 subjecti fuerunt judæi, sed populo ac legi  
 civiles*

*tiviles iudices præsidebant, non tamen in annum constituti ut Romani consules, sed perpetua jurisdictione subnixi. Cæterum non hic principatus, aut hæreditate vel successionis ordine, ne dum generis aut opum prærogativa, ad iudices descendebat, sed aut mirabiliter à Deo excitati, vel à populo electi & invitati, ad id muneris promovebantur, necessitate communi ita exigente. Et quamvis eorum insignis erat ἐξουῖα eminentia & potestas, tamen suos habuit limites, statuta nimirum æterni numinis quibus facilitas iudicum aliquid derogare nec debuit nec potuit.*

Enimvero, quantas interruptiones & confusiones sub his iudicibus, tribunalia & iudicia passa sunt ob mutatã læpius, reip. faciem quis eruditorũ est, qui ignorat. Quippe, Samuel, qui eorum agmen clausit, oppidò sub regiminis sui cunabula, aliis negotiis humeris suis incumbens, iudiciorum restitutionem præponit & simul aggreditur. Unde procul dubio concilii septuaginta viralis tunc temporis vim, Adsefforumque autoritatem & nume-



rum, qua magnam partem intercisā fuisse, intelligimus. Is enim Samuel, Διακοσμήσας τὸν λαὸν, καὶ πόλιν αὐτοῖς ἀποδῆς εἰς ταύτην ἐκέλευσεν συνερχομένους περὶ τῶν πρὸς ἀλλήλους κρινέσθαι Διαφορῶν. αὐτὸς δὲ δις τῆ ἑταρς ἐπερχόμενος τὰς πόλεις ἐδικάζεν αὐτοῖς. καὶ πολλὴν ἐβράβευεν εὐνομίαν ἐπὶ χρόνον πολὺν &c. *id est rebus populi compositis, & iuridicis conventibus per certas urbes institutis, ipse singulis annis bis eas obiit & jura reddidit, multoque tempore hanc præcipuam curam habuit, ut patriis legibus Respublica administraretur.* (h) vide Joseph. ant. J. lib. 6, cap. 3. p. 172.

#### §. IV.

Exstincto autem Samuele, potestateq; Regali introducta, Davidem etiam peculiarem tribunalium restituendorum curam gessisse, judiciaq; sub Salomone viguisse e. S. S. edocemur, donec magna rerum conversio & confusio per Jeroboamum incessit, qui seditiosa & facunda concione, commentum suum superstitiosum, populo socordi & curis vacuo obtrudens, totas decem tribus ad se traduxit, & hoc modo Judæorum rempublicam usque

usque adeo convulfit, ut ejus deinde concordia & societas amplius non redierit. Quod plerumque fieri solet, quando fœderatæ gentes, in contraria scissæ studia, conjunctionis fidem servare nolunt, sed eam dolo & fraude dissolvere conantur. Josaphat vero, Regū nulli secundus, tribunalia, quæ per tales dissensiones & motus, magnam passa sunt labem, magna cum cura, tam Hierosolymis, quam aliis Palæstinæ civitatibus iterum institui atque reparari curavit.

Similiter deinde Regibus subsequenti-  
bus, prout meliores fuerunt aut lecus,  
(Bert. c. IX. Senatus & judiciorum resti-  
tutio atque renovatio cordi & simul cu-  
ræ fuit, usque dum excidium adventa-  
vit Babelicum, ubi eclipsin quandam in-  
signem Consistorii M. splendor patieba-  
tur. Exacta autem captivitatis Babelicæ  
tempestate, templo urbeque instauratis,  
Pontifices primum rebus gerendis præ-  
fuere, nullo Principis aut Regis nomine  
assumpto. *Quidam per vim, plures frau-  
dibus fallacisq;, at pauci vera via illuc  
nitebantur, ut nos docet (i) P. Cuneus*  
in

in de R. Judæor. l. i. c. 16. Tandem etiam Aristobulus, Hyrcani filius hunc principatum, ad regiam provexit dignitatem, ad quam, nisi ex tribu oriundus Levitica, nullus ascendere potuit.

Atque sub auspiciis Regum, præcul dubio, ex reducibus Judæis iterum respublica Ebræorum coaluit, quæ deinde paulatim ad mores pristinos & instituta sua vetera longius ibat. Namque סנהדרין & minora judicia ad mandatum Regis Arthachastæ, instituta esse ab Esdræ VII. 25. edocemur, ubi hæc verba existant — ונתת עזרה כחכמת אלהך די — בדרך מני שפטין ודינין די — להון דנתון די — עמא די בעבר נהרין constitue judices & Præsides, ut judicent omnem populum, qui est trans flumen.

§. II.

Natalibus, progressu & continuatione senatus Hierosolymitani quodam modo obiter expositis, ulterius ad methodum prodituros receptam, numerus & genus Adfessorum in hoc senatu existentium pensitanda, nos excipiunt. Quemadmodum enim hoc erat tribunal maximum,

in quo causæ maximi ponderis tum ex prima instantia, tum per modum provocationis finaliter definiiebantur, ita etiam pluribus constabat membris, nimirum LXXI. inclusive, cum Præside. Quamquam non desunt, qui LXX. saltim fuisse præconcepta quadam opinione seducti statuunt, sumpta occasione ex Num. XI. v. 17. ubi sic exstat: וְנִשְׂאוּ אִתְּךָ אֶת הָעֹנֵה כְּעֹנֵה אֶתְּךָ id est portabunt una tecum scil. onus populi. Hoc dicunt accipiendum pro כְּמִקְוֶמְךָ vice tua. Sunt & illi, qui LXXII, volunt, ut Baronius Tom. I. annal. ad ann. 31. §. 10. cum eo Menochius, alique maxime ex Pontificiis. Quoad ortum cooptabantur. *ex sacerdotibus levitis וְיִשְׂרָאֵל הַמְּיוֹחָסִין* *Israelitis, quorum nobilitas ipsos aptos reddebat, cum sacerdotibus affinitatem contrahendi* Maimon. Sanhedrin c. 2. *Non hercle de plebe hominum lecti, sed nobilissimi omnes qui amplitudinem Majorum, & prisca familie decora præferebant, inquit P. Cunæus in de R. J. l. I. c. 12 & paucis interjectis. In concilium magnum, non modo cives primaria nobilitatis, quod jam diximus, sed*  
levi-

levita quoque & sacerdotes allecti sunt. Etiam Pontificem ascitum, מן הנה Si cordatus & capiendis consiliis non ineptus esset, Autor est Maymon. Alioqui reprobare ipsum fas fuit. Non enim suo jure in senatum ibat, sed admissus suffragiis est. Rex autem Israelis in synedrium non adsciscebatur, ob votorum libertatem, namque Majestati ipsius contradicere religionem & execrandum nefas ducebant. Plerumque ex Candidatis vel expectantibus aliquis cooptabatur, & fiebat tali electio modo, qui depingitur in Sanhedrin cap. IV. sect. 4. Tres ordines Candidatorum ( hoc est expectantium, qui erant in singulis ordinibus viginti tres ) coram illis sedebant. Horum quisque suum servabat locum. Si quem promoveri necessitas exigeret, ex primo ordine is capiebatur. Tum primus secundi ordinis, in primum ascendebat, ex tertio item in secundum; denique ex cætu delectus aliquis in tertio ordine, non quidem in loco primi, sed sibi conveniente, collocabatur.

Præterea qualitates vel dona eximia, quibus hos senatores gaudere, oportuit, dispiciemus. Ea autem depinguntur Exod. XVIII. 21. quorum primum est, ut sint: **אֲנָשִׁים חֵיל יְרֵאָהוּ אֱלֹהִים** Viri virtutis, viri roboris. Græc. *ἀνδρες δυνατοὶ* Vox Ebraea, ait celeb. D. Qvenst. in antiq. bibl. ad robur animi & corporis designandum adhiberi solet, die kräfte und Stärke haben / die gericht's last zu tragen / und zu Ihrem Richterlichen Ambt behert's sein. Ad hæc debebant esse viri Dei timentes, veraces & turpis lucri osiores. Græc. *μεσσηγες πλεονεξίαν*, die keine Mammons Diener sein. Præter has egregias virtutes ulterius in iudicibus requirit Moses Deutr. 1. ut sint: **אֲנָשִׁים חֲכָמִים וְיֹדְעִים וְנִכְוֹנִים** viri sapientes & prudentes & cogniti **וְשֹׁפְטִים צָדִיקִים** & iudicantes recte, qui nullo personarum habito respectu, ad normam legis omnia exigunt. Hæ virtutes quam maximè iudices in tanta eminentia constitutos, decent eosque ornant

ornant. Si vero illis non præditi fuerint, tum utiqve huc quadrat illud:

*Turpe est Doctori, cum culpa redarguit ipsum.*

Adhæc in iudice Rabbini & Ebræi postulant, multijugem & undiqvae perfectam scientiam, quæ in 70. linguarum notitia, item arithmeticæ, medicinæ astronomiæ, astrologiæ, divinationum, artium magicarum & cultuum idololatricorum scientia consisteret, de quibus promte & acute judicare possent. Ridiculosa sane ratio est, ob quam Rabbini in senatus magni adessoribus artem magicam (si ars vocitanda fuerit) tantopere urgebant: nimirum *si reus illius criminis, gladium aut ignem incantamenti adjurasset, ne sibi moverent ipsi beneficium exereendo, fontem, qua id fieri poterat ratione tollerent e medio.* Sed tanto quis minus his fidem habet, quanto certius nugas & quicquillas esse Rabbnicas intellexerit. Quare enim tam futilis scientiæ præsidio indigerent, qui meliora certioraque calitus edocti erant. Sacer utiqve ipsis adfuit, ad promissum

Dei, instinctus, postquam solenni ritu huic supremæ functioni admoti essent.

Denique etiam, quæ staturam, mores & ætatem, secundum opinionem, Rabbiorum, & cum primis Maijmon, in Sanh. c. 2. (2) teste Othone in lex R. Talmud, p. 629, requirebatur. 1. *ut essent liberi ab omni vitio corporis, hinc claudi, luscii, monoculi erant incapaces suprema hujus functionis* 2. *Ne essent nimis senes, senes enim solent repuerascere. Deinde ad crudelitatem magis vergunt, quam humanitatem* 3. *Ne essent Enochii ob eandem rationem.* 4. *Sed essent Patres liberorum, quia tales judicabantur magis inclinare ad clementiam.*

§. IV.

Sed, missis his Rabbiniis nugis, de modo initiandi hos Adfessores pauca etiam commentabimur. Cæremoniæ autem quibus in judicum collegia sive Majus sive minora admittebantur, fuere: *δοκιμασία* examen prævium & *χειροθεσία* manuum impositio, quam Hebraei *סמיכת ידיו* vocant. Ita Moses Josuæ & septuaginta senioribus manum imposuit



suit, quos Deus deinde post initiationem spiritu S. implevit. Num. XI. Olim omnes initiati alios ordinare poterant: sed ab ætate Hillelis Principis, nisi facultate ab illo accepta, nemo potuit. Namq; coarctabatur hoc jus, postquam omnes pro arbitrio, solenni hocce ritu, abusi fuerunt. Tandem hanc manuum impositionem cessasse, inque ejus locum carmen hocce successisse. *הרי את סמך ויש לך ורשות לרין מפילו ריני קנסות* *Ecce manus tibi imposita est daturque tibi potestas judicia exercendi, Autor est Maijmon.* Hinc procul dubio laudabilis ille mos est Christianis imponendi S. ministerii Candidatis manus, ut spiritus S. æthereis deinde sedibus delabatur, & corda ipsorum impleat. De hac *Χειροθεσία* multa possent adduci sed nos brevitati studentes, quæ officia in hoc senatu fuere, examinabimus.

§ V.

Tria, officia admodum honorifica à Judæorum Magistris numerantur. Quorum, primum erat Principis *נשיא* qui etiam *נפלא* admirabilis & excellens vocabatur, ob insignem eruditionis solidæ

laudem qua conspicuus & clarus esse  
 debebat. Ejus definitio hunc in mo-  
 dum audit; (in) Lex Talm. Othonis  
 כעל הדרש ומלמד תורה כרכום  
 Ille, qui legis publice interpretanda aucto-  
 ritatem habet. Hic maximæ fuit digni-  
 tatis nam apertis capitibus, & sub-  
 missa veneratione adventus ejus excepie-  
 batur, ut videre est in *Mischna tract. Ha-  
 zaior cap. III. Principe intraete omnis af-  
 surgit populus, nec iterum occupat loca,  
 nisi id dixerit.* Si hunc mori contigit  
 tum exequias ipsius, magna pompa &  
 magnifico apparatu celebrarunt, supel-  
 lectile ipsius lignis odoratis condimen-  
 tisque combusta; (p) *Avoda Zarah p. II.*  
*Quemadmodum cremant propter Reges,*  
*ita etiam propter Synedrii Praesides, quid*  
*autem comburunt? Lectum & utensilia*  
*ipsorum. Historia est Onkelosum profely-*  
*tum, propter R. Gamalielē 70. minas Ty-*  
*rias combussisse (q) Cit. Oth. in L. R. p. 630.*  
 Secundus officii & dignitatis gra-  
 dus in hoc senatu fuit כב כות דין Patris  
 domus judicii, qui erat principi proxi-  
 mus, & sedebat ad ejus dextram; eoque  
 absente

absentē præsidebat. Ejus nobis rursūm  
 (r) Oth. in l. R. Talm. definitionem  
 tradit, nempe eum fuisse: *הגדול*  
*שבריונת והדינית נפסקת על פיו* *Judicum*  
*antecessorem, cujus ore lites deciduntur,*  
*puta absente Principe. Huic non æqua-*  
*lem cum principe honorem deferebant:*  
*quippe, ipso intrante, nisi duæ lineæ,*  
*inter quas processit, non surgebant.*

Tertiam honoris sedem obtinebat il-  
 le, quem *הגדול שכתבם* *Docto-*  
*rum præstantissimus, cum quo de agendis*  
*communicabant, ut perito sensuum & ra-*  
*tionum legis: In senatu ad levam Princi-*  
*pis sedebat: ingrediens verò ita excipieba-*  
*tur ut unus surgeret, alter verò sederet.*  
 Otho cit. l. Adhæc fuere officia minora,  
 quibus scribæ fungebantur. De illis lo-  
 quitur Misna tit. Sanh. c. IV. *Et duo ju-*  
*dicum scribæ adstabant coram eis, alter*  
*a dextris, alter à sinistris, qui scribebant*  
*verba absolventium & verba condemnan-*  
*tium.*

§. VI.

De auctoritate hujus Synedrii multa essent dicenda, sed instituti ratio monet, ut, speciali ejusdem delineatione supersedeamus. Magna etiam ejus dignitas & potestas exinde constat, quod poenas ad mortem usque irrogare potuerit, adeoque omnem mutationem, si quæ in republica fieret, finaliter definierit. Locus autem ubi jurisdictionem suam & Justitiam rigidam administrabat, dicebatur לשכת הגזית *conclave casi lapidis*, quod erat domus splendida, ex calis & politis quadratis lapidibus, ad latus templi Hierosolymitani exstructa, unde συνέδριον vocabuntur חכמי גזית *Sapientes Gazit*. *Hic locus Hebræis Sanctus habebatur, quia synedrium, quamdiu in conclavi Gazith, in ipso atrio Israelis, coram Altari, sedit, ipsa Sanctitate & Majestate loci, quasi obligabatur ad rigidam justitiam exercendam. Statim itaque ac synedrium non amplius sedit in conclavi Gazit cessarunt judicia mulctativa, non solum Hierosolymis, sed & in tota terra I-*

*israelitica* [s] Hoc nos docet *Avoda Zarab*.  
 Fol. 8. 2. *Cbetuboth* Fol. 30. 1. teste *otho-*  
*ne in Lex. Talm.* p. 636. Quo autem  
 tempore *Synedrium* illa privabatur po-  
 testate, incertum est. Ipsi *Hebræorum*  
*Magistri* tradunt, teste *Raymundo Mar-*  
*tini in pugione fidei* c. XVI. Num. 46.  
 pag. 678. *Quadraginta annis ante deso-*  
*lationem domus Sanctuarii, ablata esse ju-*  
*dicia animarum, sive sanguinis ex Israel,*  
*Et in diebus Simeon Ben-jochani ablata es-*  
*se Judicia pecuniaria ex Israel.* Quem-  
 admodum autem ad tempus alia maxi-  
 ma imperia vigent, & deinde suam sub-  
 inde sentiunt ruinam, ita hic celeberr-  
 mus *Senatus*, postquam tam longo tem-  
 poris intervallo, *Hierosolymis* viguerit &  
 floruerit, tandem in urbis templiq; in-  
 teritu, usq; adeo eversus est, ut post il-  
 lud tempus non amplius in tota *Judæa*  
 sedem suam habuerit.

## CAPUT IV.

§. I.

**C**oronidis loco, si super minoribus et-  
 iam *Judæorum* collegiis pauca dispu-  
 tave-

taverimus, nemo nos extra scopum vagaturos, dixerit. Deprehendimus autem illa fuisse duplicia, vel viginti trium viralia vel trium viralia. Ubi mox notandum ipsorum collegia semper inæquali constituisse numero, idq; non sine causa: quippe ubi par adfessorum numerus est, ibi interdum in iudiciis ferendis, contingit tres absolvere reum, tres item eundem condemnare, ergo opus est septimo qui trinam sententiam augeat, eiq; pondus addat. Tum utique veri vicem tritum illud obtinet: maxima pars concludit. Id notanter ex Talmudicis monet Buxtorfius in Lex. Talm. ubi ait; *Si unus duorum diceret justus est, alter diceret reus est, requirebatur tertius, qui unius sententiam auget & lancem deprimeret.*

Et hanc ob causam tenatus Maximus LXXI. Medius XXIII, minimus tribus constabat membris. Præter maximum Hierosolymis duo vigintitrium viralia collegia fuerant, quorum dispar erat dignitas; Ex illis unum ad portam atrii, alterum, ad portam, quæ aditum aperuit ad montem Templi, sedebat. *Qui Iudices*

dices ad portam montis Sancti sedebant, magnificum sibi duxere, si in senatum ascriberentur, qui ad portam atrii erat. Et rursus ex hoc senatu in concilium Sanhedrin ascendere honoris gradus fuit. Quæ omnia accurate Maymon, distinxit. Hujusmodi Synedria in singulis oppidis 120. incolas habentibus constituta erant, quæ de capite & fortunis civium promiscuè judicabant, exceptis quibusdam maximè momenti negotiis, quæ ad summum confessum devolvebantur: ubi verò talis existit civitas, quæ 120 incolas non continet, illi trium viratus suffecit, qui de levissimis tantum rebus Judex sedit. Rationem, ob quam, in civitatibus 120. cives non habentibus collegium vigintitrium virale institui nequibat, suppeditat

(t) Maymon. c. i. quia primo viginti tres debent esse Judices, secundo tres series coram Judice sedentes, numero quindecim, serio decem cultu Synagoge vacantes. Quarto duo scribe. Quinto duo ἄγγελοι τῆς ἐκκλησίας, sive Ἐπισκοποὶ τῆς ἐκκλησίας. Duo item, qui possint aliquam habere litem. Duo testes, & duo, qui testes falsi redarguere

guere possint, tres, qui Elemosynas possint  
 exigere atq; erogare. Unus qui sit Medicus,  
 alius, qui Artifex, alius, qui scriba, & unus,  
 qui fungatur officio Ludimagistri: qui o-  
 mnes, nisi ex numero 120. exsculpi non pos-  
 sunt. Hæc de Synedriis ad instituti &  
 temporis rationem breviter dixisse suffi-  
 ciant; si quis plura desiderat, adeat spif-  
 fos clariss. Seldeni de Synedriis conscri-  
 ptos libros, aliosq; Rabbinicos Magistros,  
 præsertim R. M. Mayemon. qui prolixam  
 & sanè egregiam ipsis super hac mate-  
 ria commodabunt operam, cujus nobis  
 hac vice copia non erat. Quapropter  
 etiam opellæ nostræ candidiorem  
 à B. L. censuram nobis pol-  
 licemur:

*Soli DEO gloria.*

